

Idemque & multo fortius dicendum est, ubi concessa esset emphyteusis Tito usque in tertiam generationem expletam: hoc enim causa proculdubio comprehenduntur etiam praecepotes. Et ita communiter tenetur, ut ait Ruini conf. 166. n. 6. lib. 1. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexand. conf. 125. lib. 5. prout illum refert Gozad. conf. 25. nu. 17. & in hoc nulla est difficultas.

ADDITIONES.

1. **U**sque in tertiam generationem. J. Add. quod tunc licer appellatione generationis veniat tam masculus, quam femina, etiam ex proprio significatu, per notata Alexandri conf. 61. col. 2. in fin. vers. & sic in casu nu. 4. lib. 6. & Tirauelli de revis. lignazier. §. 1. gloss. 9. nu. 24. tamen tunc hoc causa, quo emphyteusis fuerit concessa usque ad tertiam generationem masculinam tantum, generatio masculina datur masculinus, non autem femina, quamvis generata ex masculino. Ita tenet Cornetus conf. 190. nu. 3. col. 1. in fin. vers. & sic generatio, lib. 3. Peregrin. de fideicommissi. art. 22. nu. 28. vers. & si dictum fuerit. Rebuffi in leg. tigni appellatione, §. 2. column. 3. ad fin. vers. item generationis ff. de verbis significat. Imol. confil. 69. vixit ea ponderatis; n. 1. Caltrenf. conf. 300. vixit quadam proceru. col. 2. vers. dicens etiam, quod generatio, lib. 1. col. que laudans Stephanus Gratianus disceptationum forens. c. 295. n. 1. 2. & seqq. HARP.

QUÆSTIO XXXV.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1. Quo ordine succedatur in emphyteusi concessa pro se, & filiis & nepotibus.

Ex Additionibus.

1. Quo ordine succedatur in emphyteusi accepta per patrem pro se, siveque filios.
2. Patrum prius radicatus in persona pacientis, deinde transit ad heredes.

3. **U**xoro, pater (a) acquisivit emphyteusis pro se, & liberis, vel pro se, & filiis, & nepotibus suis, &c. quo ordine erit succendendum in iugismodi emphyteusi? Resp. quod pater conferit filipalatus ipsam emphyteusin ordine successivo, scilicet, primo sibi, deinde filiis, deinde post filios nepotibus suis. Ita tenet Bartol. in l. quod dicitur, n. 6. ff. de verb. oblit. & ita interpretatur communis observatio, ut dicit Corn. conf. 46. in lit. D. lib. 3. quem refert Dec. conf. 239. post nu. 3. vers. Terio principiatur, & conf. 607. nu. 10. & conf. 662. post n. 2. Vide in hoc proposito ea, quae dixi supra lib. 3. §. testamentum, quest. 80.

ADDITIONES.

1. **P**ater acquisivit emphyteusis pro se, & c. Quod filipalatus emphyteusis sibi, siveque liberis, vel filiis videatur filipalati ordine successivo, ut primo sibi totaliter competit, deinde post eum obitum deum filii filiisque simul ad eam admittantur, praefer. Claram nostrum & ab eo hic citatos, tradit quoque Romanus conf. 22. num. 2. Surdus confil. 32. num. 37. & Stephan. Gratianus disceptationum foren. cap. 347. nu. 1. & 2. ex hac ratione quod * pactum, & filipalatio prius radicatur in persona pacientis, deinde transit ad heredes, per notata Jasonis in l. quod dicitur, 86. in fine, f. de verbis oblit. & Memoch. lib. 3. presumpt. 47. num. 3. & seqq. Illudque ampliatur, ut procedat etiam vocati ordine successivo post mortem. Caltrenf. conf. 159. lib. 2. Peregrin. de fideicommissi. art. 17. nu. 23. Maxime quando pater filipalatus sibi, & filio in postestate constituto: quicquid fecus sit in eo, qui erat su-

juris. Nam tunc à principio emphyteusis tam filio, quam patria quasita est. Imola in l. Gallus 29. §. 1. ff. de liber. & post hum. hereditib. infinit. Bursat. confil. 67. num. 5. lib. 1. Gratian. d. c. 347. num. 3. & HARP.

QUÆSTIO XXXVI.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1. **N**epos ex filia feminâ an succedat in emphyteusi concessa usque in tertiam generationem.
2. Et an filius masculus ex filia feminâ admittatur ad emphyteusin concepcionem pro se, & filius masculus, vel pro se, & descendentiis virilis sexus.
Ex Additionibus.
1. Num emphyteusis mihi, & meis filiis concessa, etiam nepotibus meis tributa videatur.
2. Filii appellatione etiam nepos non comprehenditur, tam in favorabilibus, num in odiois.
3. Unum idemque dicitur, quicquid per rerum naturam continuative procedit.
4. Interpretatio Novellæ 7. c. 3. in principio.

Quarto, concessa est alieci emphyteusis usque in tertiam generationem, nunquid in ea succedat nepos ex filia feminâ? Respond. quod sic. Ita consuuit D. Marian. Socin. senior in quodam suo confilio, quod arbitrus non esse impervium, ubi attestatur, hanc esse communem opin. quem refert, & sequitur Corn. conf. 219. in littera G. lib. 2. & cum haec sententia ego quoque transto, ubi verba investituta efficiunt aperte comprehendere feminas, sicut masculos. Sed si emphyteusis efficit concessa pro se, & filiis, & nepotibus masculis usque in tertiam generationem, crederem hoc causa non comprehenditur nepotem masculum ex filia feminâ. Nam ubique aliquid conceditur pro descendentiis masculis, non sufficit, quod volens admitti sit descendens, & masculus: sed requiritur etiam, quod descendat ex masculo, et eleganter declarat Paul. de Castr. conf. 190. nu. 4. lib. 2.

Pone ergo, quod (a) quis acceperit emphyteusis pro se, & filiis masculis, vel pro se, & descendentiis suis, virilis sexus, vel per virilem sexum, nunquid comprehendetur nepos masculus ex filia feminâ? Resp. quod non. Ita tenet Specul. in §. num. 2. lib. 1. q. 146. & est communis opinio, ut dicit Jas. in l. Gallus §. num. de lege, nu. 10. ff. de liber. & posthum. Gratius confil. 120. nu. 16. lib. 2. Apparet enim his casibus concedentem habuisse respectum ad lineam masculinam tantum, & ideo neque feminas, neque masculi ex eis descendentes sunt admittendi, ut supra statim dixi.

ADDITIONES.

- (a) **P**ater acquisivit emphyteusis pro se, & filiis, & filiis videatur filipalati ordine successivo, ut primo sibi totaliter competit, deinde post eum obitum deum filii filiisque simul ad eam admittantur, praefer. Claram nostrum & ab eo hic citatos, tradit quoque Romanus conf. 22. num. 2. Surdus confil. 32. num. 37. & Stephan. Gratianus disceptationum foren. cap. 347. nu. 1. & 2. ex hac ratione quod * pactum, & filipalatio prius radicatur in persona pacientis, deinde transit ad heredes, per notata Jasonis in l. quod dicitur, 86. in fine, f. de verbis oblit. & Memoch. lib. 3. presumpt. 47. num. 3. & seqq. Illudque ampliatur, ut procedat etiam vocati ordine successivo post mortem. Caltrenf. conf. 159. lib. 2. Peregrin. de fideicommissi. art. 17. nu. 23. Maxime quando pater filipalatus sibi, & filio in postestate constituto: quicquid fecus sit in eo, qui erat su-

Lib. IV. §. Emphyteusis, Quæst. XXXVII. 229

cedens, per ea, que eleganter tradit Baldus in l. 1. post princip. C. de conditionsbus infra, ubi ita scribit: Filiorum appellatione nepotes continentur, nec mentio fuerit tacta de filiis, ex suo corpora natis. Nam verefatur in nepotibus; quia in eis ex sanguinis continuatione, & unum idemque dicitur, quicquid per rerum naturam continuatione procedit. Baldus referunt, & sequuntur Joannes Cephalus conf. 262. nu. 7. ad ss. & Decian. conf. 9. n. 8. & 9. vol. 3.

4. Neque tunc refert Novellæ 7. c. 3. in principio, ubi cum & filiorum, & nepotum fiat mentio: videtur dicendum, appellatione filiorum nepotes non contineri. Alias figura Imperator exprefsis nepotes: cum filiorum appellatione venientes. Hoc, inquit, non refert: quia ita folium nepotum mentio ibi expressa est: ut haec verba (in dubiis ejusdem personae hereditibus) explicarentur, adeoque indicarentur, de duabus generationibus, quarum prima fit filiorum, altera nepotum, acutum rufile. Cetera, que huic sententia apponuntur, refutati in §. adeo autem, 3. n. 389. & seqq. Inst. de loc. & conduct. HARP.

QUÆSTIO XXXVII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1. Emphyteusis concessa pro se, & filiis, nunquid transfeatur ad ipsos filios etiam non sint heredes patris.
2. Et quid si concessa pro filiis, & herediibus.
3. Et quid si repudiant patris hereditatem, an possint renunciare emphyteusis.
4. Et quid si concessa sit simpliciter usque in tertiam, vel quartam generationem.

Ex Additionibus.

1. Nunquid emphyteusis concessa pro se, & filiis, transfeatur ad ipsos filios, etiam non sint heredes patris.
2. Et quid si concessa sit pro se, & filiis, & herediibus.

Ex Additionibus.

1. Nunquid emphyteusis concessa pro se, & filiis, transfeatur ad ipsos filios, etiam non sint heredes patris.

2. Et quid si concessa sit pro se, & filiis, & herediibus.

Quarto, nunquid emphyteusis accepta pro se, & filiis, transfeatur ad ipsos filios, etiam non sint heredes patris?

Respond. aliqui distinguunt inter emphyteusin ecclesiasticam, & emphyteusin concessam à privato, ut facili est illa, quae de sui natura transfit etiam ad extraneos heredes, concessa filiis, & herediibus, illa vero qua de sui natura non transfit ad extraneos, concessa concessa filiis, non autem, ut herediibus. Et hanc opin. dicit esse communem Alexan. conf. 129. num. 2. lib. 5. Tu (a) dixi, quod aut emphyteusis efficit concessa simpliciter (b) & absolute pro se, & filiis, & tunc certum est, filios succedere, etiam non sint heredes patris: quando vero tunc concessa est pro se, & filiis, & herediibus, tunc necesse est, ut filii & in emphyteusi succedentes volunt, etiam sint heredes. Ita post Clarum nostrum, & ab eo cumulator hic, sentit Alexander Trentinensis, var. refol. lib. 3. refol. 3. de juri. emphyt. n. 7. & 8. HARP.

(c) Aut vero est concessa.] Si autem concessa sit pro se, & legitimis herediibus, non veniente ad illam, nisi illici, qui soli consentient vocati tangunt ab intestato successori, & non in testamento instituti, de quo per Alex. in l. ex filio, 8. fin. circa fin. & de Trebellio, nisi tales sufficientibus intestato vocatis, qui non minus dicuntur heredes legitimis secundum Bartol. in l. 2. f. de loc. 1. vide Guil. de Pineda, in rep. cap. Raynaldus, in prelatura, 73. de testam. Govan.

(d) Non etiam heres heredes.] Adde, & communis dicit Roland. conf. 80. num. 20. & dixi etiam in col. GIACH.

heredes. Ita tenet Bartol. in d. §. si liberi, n. 4. & est communis opinio, ut dicit Alexan. conf. 128. post n. 6. vers. Et illa verba, libr. 1. quem refert Sigismund. conf. 1. feud. post num. 60. Jason. in l. si non sortem §. libertus, m. 35. ff. de condit. indeb. & conf. 57. con. 1. lib. 1. Et paniter hoc causa nulla est facienda differentia, an emphyteusis sit concessa ab Ecclesia, an autem à privato, iuxta communem omnium interpretationem, ut ait Didac. libr. 2. refol. c. 18.

Ex hac conclusione inferitur, quod in primo casu, scilicet, quando emphyteusis est concessa simpliciter pro se, & filiis, licet filii repudient hereditatem patris, poterunt nihilominus succedere in emphyteusi. Ita tenet communiter Doctor. ut ait Salve. in Arab. unde si patris, num. 5. C. de inoff. test. quem refert Alexand. in l. quod dicitur, post num. 19. col. 15. vers. scilicet. Illud tamen intelligas. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Jason in l. 2. num. 188. C. de jure. emp. Alciat. de praesumpt. in 1. reg. praesumpt. 31. n. 1. In secundo autem casu, scilicet quando emphyteusis est concessa pro filiis, & herediibus, non poterunt filii repudient hereditatem, & emphyteusis retinere. Et hinc est communis opinio, ut dicit Jas. in d. §. libertus, post num. 35. Vide in proposito ea quae dixi infra, hoc cod. lib. 6. feudum, q. 76.

Sed pone, quod emphyteusis concessa fuerit usque in tertiam, vel quartam generationem, & sic nulla expressa mentione facta filiorum, nec heredes patris. quod ea natura verbi (generationem) videntur contrahentes potius considerare successionem sanguinis, quam successionem hereditatis, & ideo in Iustissimi emphyteusi admittendi sunt nepotes, etiam non sint heredes. Et hinc est communis opinio, ut ait Corn. conf. 100. in littera D. lib. 4.

ADDITIONES.

(a) **T**U die. J. Adde, ut per Rimini jun. confil. 395. n. 23. 24. GIACH.

(b) Simpliciter, & absolute pro se, & filiis. I. Quantidem emphyteusis concessa est simpliciter pro se, & filiis; tunc certum est, filios succedere, etiam non sint heredes patris: quando vero tunc concessa est pro se, & filiis, & herediibus, tunc necesse est, ut filii & in emphyteusi succedentes volunt, etiam sint heredes. Ita post Clarum nostrum, & ab eo cumulator hic, sentit Alexander Trentinensis, var. refol. lib. 3. refol. 3. de juri. emphyt. n. 7. & 8. HARP.

(c) Aut vero est concessa.] Si autem concessa sit pro se, & legitimis herediibus, non veniente ad illam, nisi illici, qui soli consentient vocati tangunt ab intestato successori, & non in testamento instituti, de quo per Alex. in l. ex filio, 8. fin. circa fin. & de Trebellio, nisi tales sufficientibus intestato vocatis, qui non minus dicuntur heredes legitimis secundum Bartol. in l. 2. f. de loc. 1. vide Guil. de Pineda, in rep. cap. Raynaldus, in prelatura, 73. de testam. Govan.

(d) Non etiam heres heredes.] Adde, & communis dicit Roland. conf. 80. num. 20. & dixi etiam in col. GIACH.

QUÆSTIO XXXVIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1. Emphyteusis an transfeatur ad institutum in re certa.

Ex Additionibus.

1. An, & quantum heres particularis admittatur ad bona emphyteutica hereditaria, remissive.

Quarto, nunquid (a) emphyteusis transfeatur ad institutum in re certa? Respond. siquidem est institutus alius heres universalis, proculdubio emphyteusis

phyteus non transit ad eum, qui est in re certa institutus. Et hoc inter omnes convenit, ut ait Didac. lib. 2. resolut. c. 18. post na. 5. hoc enim casu institutus in re certa habet loco legatarii, ut dixi supra lib. 3. §. institutionem. Aut vero non est datum aliis coheres universalis, & tunc, cum totum accrescat ipsi instituto in re certa, utique transit in ipsum etiam emphyteus, simul cum reliquo hereditatis: & in hoc non est difficultas, loquendo de emphyteusi hereditaria, quam scilicet filius habere non potest, nisi etiam si heres: ut dixi supra, quest. proxima. Sed si estet emphyteus non hereditaria, puta acquisita pro se, & filiis, tunc filius institutus in re certa, aequaliter cum aliis succedit in emphyteusi. Et ita procedit decisi Bart. in l. ut iurisprandi, §. si liberis, na. 6. ff. de oper. libert. quam dicit esse communem Curt. jun. de feud. in 2. part. 1. partis 3. paris princip. q. 5. Cum enim filius habeat emphyteus hoc casu non jure hereditario, sed ex tenore investiture, non attenuetur dispositio paterna s: intellige, nisi sit emphyteus, in qua pater possit filii praedicare, de qua dixi supra quest. 16. Vide etiam, quae dicam infra §. feudum, q. 7.

ADDITIONES.

(a) **N**unquid emphyteus transeat ad institutionem in re certa.] An * & quatenus haeres particularis admittatur ad bona emphyteusta hereditaria, post plures alios, quos citat, diligenter declarat Stephanus Gratianus disceptat. forens. cap. 377. n. 12. & aliquot seq. HARE.

QUESTIO XXXIX.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Jus accrescendi an habeat locum in emphyteusi.
- 2 Et quid si a principio concedatur pluribus simul.
- 3 Et quid si concepta emphyteusi pro se, & filiis alteri filiorum decedat, an accrescat alteri filio.
- 4 Et quid si concepta emphyteusi ab Ecclesia diobus fratribus, ita ut post mortem eorum, & filiorum, & neporum suorum revertatur ad Ecclesiam, num quid si alter eorum sine filiis decesserit, accrescat alteri fratri superfluitate.

Ex Additionibus.

- 1 An, & quatenus jus accrescendi habeat locum in emphyteusi, remissive.

Quarto, nunquid (a) in emphyteusi habeat locum jus accrescendi? Respond. quod regulariter in emphyteusi non est locus iuri (b) accrescendi. Ita tenet Bartol. in l. si mibi & Tito, na. 4. ff. de verb. oblig. quem sequuntur communiter Doc. ut dicit Alex. in ead. l. si mibi & Tito, col. 4. prout illum refert Dec. consil. 326. post na. 1. Regulariter enim in contradicibus (c) non habet locum jus accrescendi, ut dixi supra lib. 3. §. jus accrescendi.

Scias tamen, quod haec conclusio intelligenda est, ut procedat, si a principio concedatur emphyteusi pluribus personis simul: tunc enim uno mortuo, alteri non accrescit. Et in hoc omnes concordant, ut dicit Anch. consil. 146. num. 3. quem refert Dec. consil. 263. na. 2. Sed quando unum concessa est tantum pro se & filiis, vel pro se, & descendentiibus suis, utique inter ipsos descendentes à primo investitur habet locum iuri (d) accrescendi. Ita tenet Bart. in d. l. si mibi, & Tito, & est communis opinio, ut ait Corn. consil. 131. in litera A, lib. 2. saltem post

jus quasitum uni ex filiis ipsius stipulatoris. Et ita tenent communiter emines, ut dicit Corn. consil. 185. in litera M, lib. 3. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Alex. consil. 21. na. 5. lib. 7. quem refert Dec. in d. consil. 273. col. 2. Corn. consil. 122. in litera V, lib. 3. & hoc casu proprie dicimus esse locum iuri accrescendi, nam revera isti descendentes primi acquirent non venient ex iure accrescendi, sed ex iure prime investiture.

Pone ergo, quod pater acquisiverit emphyteus 3 pro se, & filiis, deinde decesserit reliqui duobus filiis, quorum unus sine liberis decedat, certe emphyteus non revertetur ad concedentem, sed accrescat alteri fratri. Ita volunt communiter Doctor. ut ait Berouus qu. 70. na. 2. Hanc etiam esse communem opinionem attestatur Iul. in d. l. si mibi & Tito, n. 12. Econtrario pone, quod Ecclesia concederet emphyteus duobus fratribus, ita ut post mortem eorum, & filiorum, ac nepotum suorum revertatur ad Ecclesiam. Certe si unus eorum decedat nullus reliquis filiis, emphyteus non accrescat fratri superfluitate, sed revertetur ad Ecclesiam. Ita videtur revera Bart. in d. l. si mibi, & Tito, eius opinio, dici esse communem Alex. consil. 167. na. 4. lib. 7. Vide in hoc proposito ea, quae dicam infra hoc eod. lib. §. feudum, q. 77.

ADDITIONES.

(a) **N**unquid in emphyteusi habeat locum ius accrescendi.] An † & quatenus, ius accrescendi tam i legale, quam conventionale habeat locum in emphyteusi, egerie explicat, post Claram nostram Stephanus Gratianus disceptat. forens. cap. 272. num. 13. & multis subsequentibus, item c. 347. numer. 11. & 21. HARPE.

(b) **J**uri accrescendi.] Et quando est locus iuri accrescendi, tunc emphyteute inter se licite alienant sine confusione domini: at fecus, quando non est locus iuri accrescendi. Utrumque commune vide in coll. mea comm. op. in verb. emphyteuta, na. 41. 42. GIACH.

(c) **I**n contradicibus.] Item quod non habeat locum ius accrescendi in contradicibus, vide itam reg. cum eod. fallentibus. Soc. reg. 367. GIACH.

In contradicibus.] Fallit in usufructu etiam inter vivos constituto, l. 1. §. fin. de usf. accresc. Item fallit quies ea, que individua sunt, in contradic. ventur, ut sunt servitutes, & cetera individua, que cum pluribus auferuntur, sive natura cuilibet in solidum debentur, & effectualiter requiruntur, l. 2. §. ex his, & l. stipulations non dividuntur, ff. de verbis oblig. GOVAN.

(d) **J**us accrescendi.] Hic adverte, quod ut ius accrescendi locum habeat, necesse est, quod in persona alterius deficit omni iure, & ubi non deficit omni iure, tunc non habet locum: commune vide per Soc. consil. 16. num. 10. column. 4. Item cestus, ubi portio va- canis fuit acquista. Item reg. novem modis limitatum refert Diaz. in regul. 401. Item habet locum altera parte deficiente, vel etiam repudiata. Item reg. cum 12. limitationibus vide per Soc. regul. 266. & hoc omnia vide etiam in collect. mea commun. opin. in verb. iur. na. 16. ubi na. 38. dixi etiam commune esse, quod ius accrescendi locum habet etiam in legitima ex Cephal. in consil. 249. na. 48. GIACH.

QUESTIO XL.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Filius an teneatur de Emphyteusi creditoribus paternis satisfacere.

Ex Additionibus.

- 1 An, & quatenus filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere, remissive.

Quarto, (a) nunquid filius teneatur de emphyteusi creditoribus paternis satisfacere? dixi in §. feudum, q. 43.

ADDI-

Lib. IV. §. Emphyteufis, Quest. XLI. 231

ADDITIONES.

i (a) **N**unquid filius, &c.] An, * & quatenus filius teneatur de emphyteufi, vel feudo, creditoribus paternis satisfacere, uberior explicabitur in §. feudum, q. 43. HARPE.

QUESTIO XL.

SUMMARI A.

EX CLARO.

- 1 Augmentum contingens in re emphyteufica an sit dominii, vel emphyteufa.
- 2 Et an proper augmentum augenda sit pensio.

Ex Additionibus.

- 1 Omne indistincte augmentum ad emphyteufam pertinet.

- 2 Ut & omne damnum, nisi funditus rem ipsam absumerit.

- 3 An, & quatenus vaſſallum omne incrementum respiciat.

- 4 Natura voce universalis, omne.

- 5 Argumentum de feudo ad emphyteufam procedit.

- 6 Mens. & sententia l. item si fundi, 9. §. 4. ff. de usf.

- 7 Nunquid thesaurus, in fundo emphyteufico inventus, ad emphyteufam, an vero ad proprietatis dominum spelet.

- 8 Thesaurus in loco alieno, casu fortuito repertus, cui cedat.

- 9 Thesaurus, in fundo fructuario inventus, in fructu non computatur.

- 10 Convenio in una re facta, non nocet in alia.

- 11 Altus agendum ultra eorum intentionem nihil operatur.

- 12 Varius intellectus, l. possessores, 12. C. de fundis patrimonialibus.

- 13 Quatenus emphyteufa venari liceat in fundo emphyteufico.

- 14 Quatenus itidem eidem liceat plicari.

- 15 An, & quatenus plicae pars fundi censeantur.

- 16 Mediane surrogatione, res semper eadem dicuntur.

- 17 Quatenus emphyteufa permitatur ex silva caduca arbores, & ligna excidere.

- 18 Num emphyteufa sylvam illam cedere possum, quae longo tempore inter allo siccisca renascitur.

- 19 Pulfidare, & renasci non videtur, quod amorphum multitudinem exigit.

- 20 Sylva caduca que dicatur.

- 21 Lapidés quando in fructu fundi compaudentur.

- 22 Sententia, l. antepunct. ff. famili. ercise.

Quarto, ad quem (a) pertinet augmentum contingens in re emphyteufica? Respond. Puto esse distinguendum (b) inter incrementum latens, vel incrementum apparet, ut in simili dixi de incremento eveniente in re feudali, in d. §. feudum, q. 88. vers. Item quo.

2 Sed nunquid proper augmentum contingens in re emphyteufica, aegitibus etiam pensio, seu canon solvens ab emphyteufa? Respond. quod non, sed omne augmentum, quod pertinet ad emphyteufam, cedat illi sine ocre pensionis. Ita communiter retinetur, ut dicit Joan. Andr. in addit. ad Specul. in §. nunc aliqua, supra sepius allegato, ad 136. q.

ADDITIONES.

i (a) **A**d quem pertinet augmentum, &c.] Augmen-

tum cum incrementum fundi emphyteufici,

Jul. Clari, Sententia, Præf. Crisp., Tom. I.

quod ei obvenit, ad emphyteufam iure emphyteufico pertinet, conflat ex l. item si fundi, §. 9. huius vicinus, 4. ff. de usf. Nec hic cum Claro nostro, & gloss. in l. 1. sive verb. emphyteuficus, C. de iur. emphyteufi, distinguendum est inter incrementum latens, ut si per alluvionem quid accepit, & inter incrementum patens, five apparet, ut in insula in flumine justa tundum emphyteuficum enata fuerit. Omne quippe incrementum, five apparet, five latet, ad emphyteuficarum spectac. Quemadmodum enim † omne damnum, five patens, five latens, re emphyteufa contingens, emphyteufa recipit, nisi funditus rem ipsam absumerit, l. 1. C. de iur. emphyt. ita aequitati, & ratione congruit, ut omne communis, & augmentum, five latens, five apparet, cendunt sequuntur, argum. l. secundum natu- ram, 10. ff. de regul. iur. Deinde eadem sententia confirmari poterit per textum in tit. 4. §. si quis de manu, 5. l. feudal. ibi Feudista & dicit, omne incrementum iure feudi ad vasallum pertinet: si dominus in ipsa curte, seu villa nihil ibi referavit, ex ipso aperte distinctione incrementum latens, & evidenter rejicit: quia † huc est natura hujus vocis universalis, ut omnes casus includat, & comprehendat, argum. l. 1. §. 1. ff. de legat. prelant. l. si servitus, 21. ibi, verbo generali omne lumen significari, ff. de servit. urbi. predior. l. à procuratore, 13. C. mandati, can. 1. §. dicendo vero omnia dignific. 19. Arcta ita exaudiunt textum illum Zatus in epist. feud. part. 6. na. 48. Fridericus Schenck a Tautenberg. n. 5. & Cuijactus in d. l. si quis de manu. Franciscus Sonsbeccius part. 10. de feudis, num. 6. Aliquie. Et quanquam allegatus textus de fundi duntat, non incideat, attamen quod de feudo illuc dicitur, non inficte ad emphyteufam transferatur: cum argumentum de † feudo ad emphyteufin valere, extra omnem sit controversia, & latius declarabit infra ad quest. 50. Atque hanc assertiōnem, seu communiter receptam, approbat Barrol. in d. l. 1. na. 10. Alberic. de Rosat. n. 5. & Salicet. col. penult. & Jafon. n. 79. C. de iur. emphyt. itemque Tiber. Decian. reponf. 123. a. 53. & seqq. vol. 3.

Nec † hec istud non inconveniens quā poterit, an ille, in fundo emphyteufico inventus, ad emphyteufam, ut si fundi usumfructum pertinet, cum argumentum de † feudo ad usumfructuum: insula autem in flumine nata usumfructum ad fructuarium non spectare. Nam illud ad simplicem usumfructuum, cuius jus morte extinguitur: non ad emphyteuficarum (qui firmiss. morteque non finitum iusutendi frumentique obtinet, & alias etiam ab usumfructu multum dicit) pertinet, ut bene hac explicant Joan. Borcholt. in Com- mentari. de feud. cap. 3. n. 12. ad ff. & Alvar. Valafus in trac. de iur. emphyt. q. 16. n. 3. & seq.

De † hec istud non inconveniens quā poterit, an ille, in fundo emphyteufico inventus, ad emphyteufam, ut si fundi usumfructum pertinet, res semper eadem dicuntur. Et illud ad proprietas dominum pertinet, non sine rationib. distinguitur: dummodo inventori, five is emphyteufa, five quis alius sit, pars dimid. relinquitur. I. Quia † thesaurus in loco alieno non data opera repertus, ex femine domini soli est, ex altero scilicet inventori cedit, §. thesaurus, 39. verific. at si quis in alieno, Inh. rev. dīs. l. si is, qui 36. in princip. ff. de acquir. rev. domin. l. ante, verific. ultim. C. de thesaur. Atqui predicti emphyteufici dominus non est emphyteufa: sed ille, a quo predictum in emphyteufi ipse habet, l. 1. §. ultim. ff. si ager vedi galis, &c. Non ergo ad emphyteufam, sed ad proprietarium pars dimid. thesauri, in folio emphyteufico a tertio quodam inventi, spectac. II. Quia † thesaurus, quem usumfructum, vel tertius aliquis in fundo emphyteufico inventus, in fructu non computatur: ac proinde pro parte dimidio lucro domini cedit, ad quem proprietas fundi fructuarum pertinet, l. fructus, 7. §. si fundum, 12. vers. non magis ff. solut. mar. Cum igitur emphyteufa in predicto emphyteufico usumfructum faltem habeat, d. l. ult. §. ult. ibi, fundum frumentum condenserunt, ff. si ager vedi galis, &c. certe thesaurus, quem vel ipse, vel alius aliquis in ejusmodi predicti inventi, ex femine domino, ad quem fundi pertinet proprietas, acquiritur. III. Quia † Paulus JC. respondit: ante omnia advertendum est, ne conventio in una re facta, noceat in re alia, l. si unius 27. §. pœna, quae turpem, 4. verific. ante omnia, ff. de pœna. Quare cum inter dominum, & emphyteufam conventio facta sit in predicto usumfructu: sane illud conventio dominio concedenti, in thesauro inventio nocere non debet. IV. Quia † alius agendum ultra eorum intentionem nihil operatur, l. non omnis, 19. in pœna. & ibi Bart. ff. de reb. credit. & l. obliga-

tionum

V 2

tionem, 3. §. 1. ff. de obligat. Et actionib. Sed inter emphyteutam, & dominum concedentem fundum suum in emphyteusis id agitur, ut in quo fundum in emphyteuta fin accipit, eo duxat utatur, fruatur, d. l. i. §. ultim. ibi, fundum suendum conseruerit, & si ager vegetalis, &c. Ergo ultra usumfructum emphyteuta in predio emphyteutico nihil habet. Ideoque thesaurus quem in predio ieiunismodi invenit ex semine domini est; ex altero semine cum sibi vindicata emphyteuta, non quidem propter emphyteusis, sed ob solum inventionem: quippe cum pars dimidia etiam extranea inventori lucro cederet. V. Hanc sententiam post alios defendunt Alvarus Valafec. d. m. 12. de jure emphyteuti, q. 15. num. 1. v. p. sunt tamen aliqui Gilkenius in predictis tit. Inquit. de rev. divis. num. 57. Et in d. §. thesauris, 39. num. 29. Inquit. eod. Garlas in tract. de expesi. cap. 22. num. 52. Dn. College Bocer. class. 2. disput. 14. th. 51. & clasi. 5. disput. 3. th. 42. edit. 2. Et in tract. de regalib. cap. 3. nu. 181. Ayxer in processu histor. jur. part. 1. cap. 10. obs. 6. num. 9. & seqq. & Hoenen. disput. 4. controver. 17. Tametsi vulgo interpretes aliter sentiant, Accurs. Angel. Aratin. Faber. Jaf. Porcius. Thomas Livius. Schneidevvin. Myntinger. Bechio. & ceteri in d. §. thesauris, 39. Inquit. de rev. divis. Bartol. & Bald. ad l. unic. C. de thesaur. Ludov. de Molina de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 23. nu. 7. Henricus a Rosenthal. in tract. feudal. cap. 5. conclus. 93. Corafus ad l. 1. nu. 17. Cod. de jure emphyteuti. & alii, ab his relati.

12. Notrum autem conclusioni non repugnat textus in l. piffonis, 12. in fine, C. de fundi patrimonialibus, ubi emphyteuta simpliciter domini appellantur. Tum quia co loco emphyteuticari fundorum domini dicuntur, non quod revera domini sint effecti, sed quod pro dominis habeantur, ut ibidem sentit Cujacius. Tum quia illis emphyteute improris domini vocantur, tradente Joanne Borcholt in Commentarij. de feud. cap. 1. num. 15. Tum quia textus illi accipiens est non de omni emphyteuta, sed de eo, qui fundum patrimoniale, id est, fiscum, primo quidem in emphyteusis accipit, potea autem jure privato, seu proprio cum sibi comparativa, salve tamen ipsi fisco, anno canone. Quod vero fundi patrimoniales, ex iusti Principiis, fieri alicui possunt, canone salvo, arguit enim l. cum servos, 39. §. ultim. ff. de legat. 1. l. qui fundos, 9. C. de omni agro deserto, 1. univer. 9. & l. fundos, 10. C. de fundis patrimonialibus. Reliqua, que huc conclusioni videntur contraria, dilui in d. §. thesauris, 39. num. 22. cum sequentibus. Inquit. de rev. divis. in §. adeo autem, 3. nu. 258. & seqq. Inquit. de locis. & continet.

Addendum hoc loco, & illud est, tamquam notatum dñnum, quod si in predicto emphyteusis ff. de famili. erit 22. eund. quia Ulpianus in ea de difficultate maxima, que impossibilitati comparatur, distre loquitur, argum. l. npos Proculo, 125. ff. de verb. significat. At nostra in specie non est tanta renascendi difficultas in arboribus, ut propterea impossibili judicari debent. Addit. quod terminus ille, ad senescendum constitutus, plane naturalis est: ac propterea ob hoc temporis intervallum ab ipsa natura praesertim dicendum non est, renascendi difficultatem in arboribus difficitum, nedum fore impossibilem est. Recht ergo concluditur, emphyteuta, sicut etiam ab emphyteuta succidi posse, etiam longe temporis intervallo arbores succidi renascantur. HARPER.

(b) Distinguendum.] Tu indistincte die, quod augmentum omne five latens, five patens spectat ad emphyteutam, ad quem spectat diminutio incommunum. Commune vide per Rip. in c. eum M. Ferrari. column. 7. in ver. 5. facit, de constitutionib. & dixi etiam in coll. mea commun. opin. in verb. augmentum, nu. 4. GIACH.

QUÆSTIO XLII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

- 1 Emphyteusis finita generatione emphyteuta.
2 Et quid si concessa sit simpliciter, nulla facta mentio ne filiorum, neque heredum.

Ex Additionibus.

- 1 An emphyteusis ob dolum, vel culpam amittatur, remiseatur.

2 An

Lib. IV. §. Emphyteusis, Quæst. XLII. 233

An emphyteusis ob culpam levissimam suo jure cadat.

3 Sententia Novell. 120. cap. 8. & authent. qui rem. Cod. de SS. Eccles.

4 Omnis dispositio, secundum subjectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, accipienda.

5 Concessum ad tempus, post illud tempus censorum probabilitum.

6 Generatio finita, etiam finitus emphyteusis ad illam data.

7 Emphyteusis simpliciter concessa, ad omnem generationem, nonque heredes transiit.

8 Pater inter liberos equalitatem servare presuminuit.

1 Q uæro, quando finitur emphyteusis? Respond. emphyteusis tribus modis finitur. Primo, properter (a) culpam emphyteuta; quia male versatus est in re emphyteutica, vel irrequisito domino alienavit, vel ceſſavit per tempus à legge in canonis mutatione praesumit. Nam his omnibus causibus emphyteuta cadit à jure suo, & utile dominium consolidatur cum directo, & sic finitur emphyteusis, ut nisi locis sup. declaravimus. Secundo modo finitur (b) emphyteusis curſu temporis, quando scilicet concessa est aliqua res in emphyteutis ad certum tempus praesumit, puta trinita, vel quadragesima, vel centum annos: nam eo caſu, finito illo tempore, finitur emphyteusis, & in hoc non est difficultas. Tertio modo finitur emphyteusis, extinta (c) generatione ipsius emphyteutis. Est tamen in hoc advertendum, quia aliquando emphyteusis est concessa pro se, & filiis, vel pro se, & descendientibus: tunc proceduludo deficiente generatione ipsius emphyteutis, finitur emphyteusis. Aliquando est concessa in tertiam, vel quartam generationem: & tunc finita illa tercia, vel quarta generatione, finitur emphyteusis, & in hoc non est difficultas. Aliquando est concessa pro se, & hereditibus: & hoc caſu si est concessa a privato, est absolute hereditaria; & ideo non finitur cum generatione ipsius emphyteutis, sed transit etiam ad extraneos heredes, juxta ea, que dixi supra, quaq. 28. Si vero est concessa ab Ecclesia, non transit ad extraneos heredes, ut ibidem dixi, & ideo finitur simul cum generatione recipientis.

2 Sed quid si concessa sit simpliciter nulla nec filium, nec heredium facta mentione, puta concedo Titio hanc domum in emphyteusis, nunquid finita generatione Titi, erit finita emphyteusis? Responde. Aut est concessa a privato, & non finitur: tali enim emphyteutis est de sua natura transitoria etiam ad extraneos heredes, ut dixi in d. q. 28. in princ. Aa est concessa ab Ecclesia, & tunc finita generatione ipsius recipientis. Et hanc dicit esse communem opinionem, & confutandum communiter approbatam. Com. consil. 76. in litera H. lib. 2. de quo pariter dixi in d. q. 28. supra saepius allegata.

ADDITIONES.

1 (a) Propter culpam emphyteuta.] Quod est emphyteuta ob dolum, vel culpam latam, & leuem, in re emphyteutica admisam, emphyteuti privetur, offensum est supra ad quod. 26. num. 1. & 2. Sed ictum est emphyteuta, ob culpam etiam levissimam, privationis penale subiicit debet, dubitari posse? Nos (nihil obstante contraria opinione Cagnoli, & Decii in authent. qui rem C. de SS. Eccles.) illud negantibus haud fine causa suffragamus: quoniam emphyteuta ex natura contractus emphyteuti proper latam, & leuem duxat, non autem levissimam culpam tenetur, l. si, ut certo, 5. §. nunc videndum, ff. de commot. l. contradic. 21. ff. de regul. jur. ibique Anton. Delrio, cap. 11. Bald. in d. authent. qui rem num. 2. C. de SS. Eccles. & Jafon. in l. 2. num. 98. C. de jure emphyteuti.

3 Neque est obstat, quod textus in Novell. 120. cap. 3. & d. authent. qui rem, C. de SS. Eccles. generaliter, & Jul. Clar. Scient. Pract. Civil. Tom. I.

diffinire statunt, emphyteutam deteriorantem rem emphyteuticam jus suum amittere: adeoque omnem culpam, etiam levissimam, penam privationis obnoxiam efficit. l. de pretio, 2. ff. de Public. in r. ad. l. §. generaliter, ff. de legali prestat. Nam t. notissima juris regulæ est, omnem dispositionem accipiendam esse secundum subjectam materiam, & naturam illius rei, de qua agitur, argum. l. ex candela, 15. §. si utero, 4. ver. 2. & ff. verba, l. locati, l. sed si possit, 11. §. nemis juavero, ff. de jure, l. damni infici, 43. in principio, quod in stipulacione, ibique Angel. ff. de damn. infici. l. fin. C. de non numer. pecun. Nic. Everhard. in locis legalibus, loc. à subjecta materia num. 1. Quare cum in d. authent. qui rem, C. de SS. Eccles. & d. Novell. 120. cap. 8. de emphyteuta ob deteriorationem jure suo privando, agatur: is autem de lata faltem, levique culpa, non vera de levissima tenetur; l. si, ut certo, 5. §. nunc videndum, ff. commot. d. l. contradic. 21. ff. de regul. jur. subjecta materia fundat, de cessione dicta Novell. 120. cap. 3. & d. authent. qui rem inde defuncta de lata, levique, non autem levissima culpa intelligandæ esse.

(b) Finitus emphyteusis causa temporis.] Indubitate t. est, emphyteutis ad certum, & praesumit tempus concessum, et alio, ad dominum concedentem revertit. Siquidem concessum ad tempus, post illud tempus confutetur prohibitum, arg. l. statu liberum, 11. §. l. ff. de legat. 2. l. pater filium, 18. §. fundam, 3. ff. de legat. 3. l. in fin. juncta l. ultim. ff. ager veteris. Et post Claram hinc nostrum, tradunt Valentini. E. Miller. lib. de successib. cap. 20. nu. 3. & 4. Corpus in tract. de jure emphyteuti, cap. 11. aliisque ab eo recordi. Idem est, est nominatum convenienter, ut ad certum tempus vestigiali, sive canonico non foluto, emphyteutis fundat ad dominum redire: & de lege communia, dominus tria legi utatur, & fundam vindicet, l. ex vestigiali, 31. ff. de pignorib. & hypoth. Quibus causibus hoc quoque eveniet, ut si emphyteuta prius fundum dederit pignori, tum etiam jus pignoris evanescat, d. l. ex vestigiali, 31. ff. sed. Donell. lib. 9. Comment. de jure civi. c. 15. pag. 454. nu. 40. HAR.

(c) Extincta generatione ipsius emphyteutis.] Quod est emphyteutis ad certam generationem data finitur extincta ipsa generatione, post Claram nostrum, annotant Joan. Bovicht. in Commentarij. de feud. cap. 3. num. 16. & Dn. College Bocer. class. 2. disput. 14. th. 74. lli. A. edit. 2. Quamvis t. alias emphyteuti simpliciter, & parte concessa, ad omnem generationem, omnesque heredes, non modo matulos, sed & item heredes transeat, argum. Novell. 7. c. 3. in princ. iii. majorit. aut feminis. O. Quo facti illud vulgatum juris theorem: quod t. pater inter liberos equalitatem servare, & in dubio tam filibus, quam filiis acquirere velle prefundatur, argum. l. questionem, 12. §. idem respondit. 43. verbi. 1. ipse Papinianus, ff. de sum. infra. & infra. legit. l. illud, 20. §. ad h. C. de collationibus. Borcholt. d. c. 3. num. 14. D. Obrecht. disp. 36. th. 87. & seqq. Hincus referri poterunt, que tradita sunt supra ad q. 28. HAR.

Extincta generatione.] Movet pulcherrima dubitatio, quid si invenitus usque ad mortem jus suum emphyteuticum vendit, an emptore potente renovari ulke in certam generationem, juxta confutandum Ecclesiæ, que erat solita facere similes renovationes in certam generationem, vel usque ad finem tertie generationis, ut hic dicitur, an Ecclesia possit denegare? vide per Benitendum. decr. 27. GIACH.

Extincta generatione.] Notandum tamen, quod eo caſu descendentes petendo illius confirmationem facile impetrare solent, & si non impetrant, possumunt de jure Canonico applicare ad superiore, ut cogat quod confirmatio fiat, text. est in l. 1. §. permittitur, & ibi Bart. & ali. ff. de q. quod. & q. de. De hac materia vide ample Ant. Gabr. lib. 3. commun. opn. tit. 1. conclus. 7. GOVIAN.

QUÆSTIO XLIII.

SUMMARIA.

EX CLARO.

1 Finita emphyteusis an possit emphyteua, vel ejus heredes, petere a domino directi, ut illam renoveret in eorum persona.

V 3

2 E

2 Et quid si finit transversales ipsius emphyteuse.
3 Et quid in emphyteusi Ecclesiastica.

Ex Additionibus.

- 1 Utrum dominus emphyteus, ad certam generationem ducam, ea finita, proximis emphyteutis cognatis deferre & renovare teneatur.
- 2 Sententia Novel. 7. cap. 3. §. neque illud, 3.
- 3 Nemo cogi potest, in certo alicui locet, vel vendat.
- 4 Sive quisque rei moderator, & arbitri.
- 5 Explanat. 1. §. permititur, 41. cum seqq. ff. de aqua quotid. & a fisi.
- 6 Endamur, l. i. ff. de privileg. credit. & l. Imperator, 60. ff. de pacis.
- 7 Consideratur, l. iubemus, 3. §. & filios, 5. C. de advocato diversi. judicium.
- 8 Discedatur, l. congruit, 4. C. de locat. prædiorum civium, &c.

Sed hie occurrit alia quæstio, nūquid si finita (a) est emphyteus sine culpa ipsius emphyteute, puta, curlo temporis, vel finita generatione, possit ipsemet emphyteuta, si vivit, vel eius filii, petere à domino directi, ut emphyteus in corum perlungat, seu renoveret? Respond. quod sic: & si non fiat renovatio, fit eis injuria, & ideo possunt appellare ad superiorem, ut cogat, quod talis renovatio fiat. Ita dictu Bart. qui ad hoc proposuit quotidie follet allegari, in l. i. §. permititur, ff. de aqua quotid. & a fisi. & est communis opin. ut ait Roman. conf. 70. post num. 3. vers. Certum, & est communis opinio, ut dicit Gozad. conf. 71. nu. 1. Et enim iam illi tertio jus qua situm, ideo fibi impatet qui non pervenit.

